




8 1
Handwritten text in cursive script, likely a library inventory or list of books, partially obscured by a central label.

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Handwritten text in cursive script, likely a library inventory or list of books, partially obscured by a central label.

De 14

Handwritten text in cursive script, likely a library inventory or list of books, partially obscured by a central label.



TABV

LAE, DE SCHEMA-
TIBVS ET TROPIS

Petri Mosellani.

IN RHETORICA PHI-
lippi Melanchthonis.

IN ERASMI ROTERO.

libellum de duplici copia.

Danico Lecloupo

NICOAVS FABER

excudebat, AN. M. D. XXVIII.

Christoph. Lecloupo.

Christoph. Lecloupo.

Christoph. Lecloupo.

Christoph. Lecloupo.



PETRVS

MOSELLANVS CANDIDUS
LECTORI Salutem.

Exordium





*Rati-
asimi
li*

*propo-
siti*

OMNEIS LATINI SERMONIS
delicias, in figuris & tropis potissimum sitas
esse, nemo est uel mediocriter eruditorum qui
nesciat, studiose lector. Etenim ut pictura non simplex
sed quæ uarijs distinguitur coloribus, spectantium ocu-
los maxime pascit, & pratum omnigenis uariegatum
floribus in ambulatibus arridet, ita oratio non undiq;
sui similis, uerū suis interspersa figuris, suis uariata tro-
pis, auditorū aures capit, mereturq; applausum: adeo,
ut præter Græcos, qui huic negotio uolumina dederunt
& Cice. & Quintilianus in dicēdi arte principes, hac
de uirtute diligentissime perscribere dignum putarint.
Quamobrem cum tot figurarū, tot troporū non minus
sit necessaria cognitio quā memoria difficilis, et ipsum
me operæ pretium facturū existimaui, si quæ ad hanc rē
pertinere uidebuntur uniuersa, ex probatissimis scrip-
toribus tum græcis tum latinis, in breuem hanc tabellā
cōgessero certaq; descriptione arctaro. Quam si in lo-
cum, in quo frequenter uersaris, suffigas, futurum, ut
quum nunquam non oculis obuersetur, in memoriæ the-
saurum citra molestiam reponatur. Quæ in re candido
suffragatur



AD LECTOREM

suffragatur calculo Erasmus Roterodamus noster, om
 niū quos sol hic uidit ut doctissimus ita et eloquētissi =
 mus, idē quod nobis consultū uidetur, præcipiēs. Porro
 ut quid secutus sim, scias, primum figuras λέξεως oēs,
 orationis uitia complura, tum uirtutes in quibus tropi
 sunt, insigniores exhibemus: eaq; omnia, tametsi præ =
 ter aliorum consuetudinem χίματ  nomine cō =
 præhendimus. Non quod ita rectius quadrare censeam,
 sed quod hac ratione uniuersa facilius in ordinem, qui
 memoriam uel cum primis iuuat, digerantur. Deinde
 ipsa nomina, quæ ubiq; ferme corrupta deprehenduntur
 suæ integritati restituta græce reddimus, ijs etiam, quæ
 uel Tullius, uel Fabius, uel Diomedes latina fecerunt,
 appositis: pariter singula explicantes, tum finitionibus
 tum exemplis. Postremo omnibus modum adhibuimus,
 ne apud æquum iudicem, uel in congerendo græcorū
 quorundam curiositatem æmulari, uel omitendo quæ
 addidisse præstaret, nonnullorum negligentiam referre
 merito uideri possimus. Restant tamen aliqua, quæ nec
 mihi faciunt satis, quibus accuratius excutiendis, tem =
 pus quod huic lucubratiuncule angustum destinaram
 minime respondebat. Quicquid id est quod dedimus, iu =
 uandi studio dedimus candidissime lector, olim ubi 
 eruditionis  otij plus nacti fuerimus, pleniora ac in =
 structiora aspirante deo prolaturi. Vale,  nostrā
 operam boni consule.

ab ετο

Condi
Sio

A ij DB



DE SCHE

MATIBVS ET TRO=
PIS, PETRI MO=
sellani Tabulæ.

SΧΗΜΑ SCHEMA, est confirmatio quædam
uel dictionis, uel orationis, uel sententiæ, uulgi
consuetudinem excedens.

Cuius partes tres,

FIGVRA,
VITIVM,
VIRTVS.

FIGVRA.

Figura, uel sententiæ uel orationis uel uerborum est
habitus, præter cõmunem consuetudinem innouatus.

Διάνοιαι,

Et est duplex, scilicet

λέξεως.

Διάνοιαι, id est sensus uel sententiarum Figura,
quæ quanquam (autore Donato) ad oratores proprie
pertinet, & nos quæ grammatici sunt, cõquirenda hoc
labore tantum statuimus, tamen eius species ascripsisse
mus libenter, si non immensam instituti molem futuram
hac ratione prospexissemus.

Λέξεως Lexeos Figura est, quum in oratione ali-
quid quod ad uerba attinet, innouatur præter uulgarem
consuetudinem.

Cuius

PETRI MOSELLANI.
 DITIONIS,
 Cuius genera sunt, Fig. LOCUTIONIS,
 CONSTRUCTIONIS,
 FIGURA DITIONIS, & illius partes
 Figura dictionis in prosa βαρβαρισμός barbarif
 mus, in carmine μεταπλάσμος metaplasms dici-
 tur. Trāsformatio quaedam est unius dictionis.

Prosthesis
 Epenthesis
 Proparalepsis
 Aphæresis
 Syncope
 Apocope
 Cuius partes à gram=
 maticis recensentur,
 Ectasis
 Systole
 Diæresis
 Epifynalœphe
 Synalœphe
 Ecthlipsis
 Antithesis
 Metathesis .

πρόσθεσις Prosthesis, Appositio ad principiū sci-
 licet dictionis uel literæ uel syllabæ. Literæ, ut gnatus
 pro natus dixit Terent. Syllabæ, ut tetuli pro tuli .

ἐπέθεσις Epenthesis, Interpositio, quum inter pri-
 mam & ultimam dictionis syllabam adijcitur litera, ut

A iij relligio

SCHEMATA ET TROPI

religio pro religio apud Ver. Syllaba, ut induperator
pro imperator. Iuuenalis.

Προπῶσις Proparalepsis, quam praesumptio-
nem dixeris, aedē παραγωγή paragoge, etsi Diome-
des separat, cum ad finem quippiam accedit, ut dicier
pro dici, extulit Persius.

Ἀφαίρεσις Apheresis, ablatio à principio dictio-
nis, cōtraria προσθήσει Prothesi. Litera, ut, ruit om-
nia late, pro eruit, Aeneid. ij. Syllaba, ut, temnere pro
contemnere, extulit poeta ibidem.

συνκοπή Syncope, Concisio, Figura planè cōtra-
ria ἐπιθεσει epithesi, quoties è dictionis medio ali-
quid excinditur, ut dixti pro dixisti Teren. Repostum
pro repositum, & accessis pro accessistis Vergi.

Ἀπκοπή Apocope, Abcisio à dictionis fine uel li-
tera, uel syllaba, contraria παραγωγή paragoge. Li-
tera, Achilli pro Achillis dixit Maro. Syllaba, δῶ pro
δῶμα, apud Homerum Odis. i.

Ἐκτασις Ectasis, Extensio syllabae natura cōtrac-
tae, ut Exercet Diana choros. Diana prima porrecta
dixit cum genuina ratione fuisset cōtrahenda.

συστολή Systole, Cōtractio natura protensa, ut ido-
lum media breui dixit prudentius, uir uere prudens, non
in scitia graecarum literarum, ut literatores clamitāt, sed
in re sacra hac usus figura.

PETRI MOSELLANI.

Διαίρεσις Diacresis, diuisio unius syllabe in duas. ut Aulai in medio Aenci. iij. pro aula, quo modo Lucretius in libris de rerum natura genitiuos ferme semper in prima forma extulit.

Ἐπισυναλοιφή Episyndalæphe, Cōglutinatio duarum syllabarum in unam, contraria διαίρεσιν diacresi, ut, Fixerit aripedem ceruam, pro aripidem Ver. Georgicorum tertio.

Συναλοιφή Synalæphe, Deletio, cum uidelicet duabus uocalibus concurrentibus, prior quasi deletur, ut Carthag' Italiam contra Tiberinaq; longa, pro Carthago Italiam Aeneid. primo.

Ἐκθλιψις Ecclipsis, Elisio quædam uocaliū cum consonantibus aspere concurrentium, ut multum ille & terris iactatus & alto: Quem uersum dū metiris, dicere oportet, Mult' ill' & terris iactatus & alto.

Ἀντίθεσις Antithesis siue commodiore uerbo ἀντιστοιχον antistcechon, cum litera pro litera ponitur. Olli subridens hominum sator atq; deorum, pro illi Maro suæ ποιήσεως poescos primo.

Μετάθεσις Metathesis, Transpositio puædam literarum, ut quod Timbre dixit poeta in x. pro Timber. In quo μεταπλασµῶ Metaplasmo mirū quàm sint audaces poetae greci.

Adijcunt quidam ex Diomede πῶ αλλαγήρ ὡς

A iij

SCHEMATA ET TROPI

ῥέσεων, id est immutationem præpositionū, quæ nobis non tam μεταπλάσμοζ quā σολοικισμοῦ solæci-
smi species uideri solet. Verum hoc loco meminere le-
ctor, non ubiq; metaplasmo locum esse, imò non idem in
ioculari et paruo opere licebit, quod priscis illis in ius-
ta & sublimis argumenti poesi condonatum est. Qua-
re Horatianū illud semper in animo et pectore habeas:
Tantum opere in magno fas esse obrepere somnum.
Neq; statim imitandum proponas, quicquid usquam cō-
cessum inueneris.

FIGVRA locutio-
nis & eius partes.

FIGVRA locutionis, Ratio est quædam locutio-
nis compositione nouata:

Prolepsis, Zeugma.
Hypozeugis, Syllepsis,
Anadiplosis, Anaphora,
Epanalepsis, Epizeuxis,
Paronomasia, Schesis onomaton,
Cuius hæ nume- Paræmion, Homæoteleuton,
rantur species: Homæoptoton, Polypoton,
Irmus, Endiadis,
Hypallage, Prosopopœia,
Anthypophora, Aposiopesis,
Climax, Polysyndeton,
Asyndeton, Antimetabole.

PETRI MOSELLANI.

Πρόληψις Prolepsis, id est, Præsumptio rerū sum-
maria, quæ deinceps particulatius enarrantur, ut Inter
ea reges, ingenti mole Latinus Quadrijugo inuehitur
carru, bigis id Turnus in albis. Verg.

Ζεύγμα Zeugma, cum diuersæ clausulæ uni uerbo
tribuuntur.

Et est triplex πρόζευγμα,
μεσόζευγμα
ὑπόζευγμα,

Πρόζευγμα Prozeugma, præiunctio, quoties uer-
bum clausulis præponitur. ut Cicero: Vicit pudorem li-
bido, timorem audacia, rationem amentia.

Μεσόζευγμα Mesozeugma, cum in clausularum
medio uerbum collocatur. Cuius speciosum exemplum
extat apud Maronem Aenei. iij. Troiugena interpres
diuum q̄ numina Phæbi, Qui tripodas Clarij, lauros,
qui sidera sentis, Et uolucrum linguas, & præpetis
omnia pennæ. Hic, sentis, & præcedentes & sequentes
nectit clausulas.

Ἰπόζευγμα Hypozeugma, Subiunctio, cum uer-
bum subiungitur in fine. Cice. in Catilinam: Nihil ne te
nocturnum præsidium palatij, nihil urbis uigiliæ, nihil
timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil
hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora
multisq; mouerunt?

SCEMATA ET TROPI

Ἰπόζευξις hypozeuxis, figura superiori cōtraria, cum diuersæ clausulæ singulis uerbis redduntur, ut Regem adit, & regi memorat nomenq; genúsq; Aenei. viij

Συλληψις Syllepsis, Conglutinata conceptio, quoties diuersi numeri clausulæ uno clauduntur uerbo. Vergilius in. i. Hic illius arma, hic currus fuit,

Ἀναδίπλωσις Anadiplosis, Reduplicatio, cum uel tima prioris uersus dictio in sequentis principio iteratur. Maro in deci. Sequitur pulcherrimus Astur, Astur equo fideis,

Ἀναφορά Anaphora, Relatio eiusdē uidelicet uerbi per principia plurimorum uersuum. Horatius Odar. ij. Otium diues rogat in patenti, Otium bello furiosa Thrace, Otium Medi pharetra decori.

Ἐπανάληψις Epanalepsis, authore Donato, nam Diomedes reclamationat, cum eadem dictio uersum & incipit, & claudit. ut Multa super Priamo rogitans super Hectore multa. Aenei. i.

Ἐπίζευξις Epizeuxis, Subiunctio eiusdem scilicet uerbi sine aliqua intermissione, maioris uchementiæ gratia. Qua ratione ferme & superiores fiunt replicationes. Vergi. in nono. Me me, adsum qui feci.

Πθονομασία Agnominatio latine dicitur, cū iucūda quædā uocū fit collusio, significatu tamē diuerso. Terē in Andria: Nam incœptio est amentium, haud amantium.

PETRI MOSELLANI.

ΣΧΕΙΣΙΣ ἢ ὀνομάτις ἢ Schesis onomatōn, id est
Noīm habitus quidam, quoties uerborum multitudo eo
dem copulandi habitu coaceruatur, ut hoc apud poetā,
Marsa manus, Peligna cohors, festina uirūm uis.

Παροίμιον Parœmiō, Assimile, quoties multa uer
ba ab eodem incipientia elemento, ex ordine collocan=
tur, ut O Tite tute Tati tibi tanta tyranna tulisti. Ennī
us citante Prisciano libro duodecimo.

Ὅμοιοτέλευτον Homœoteuton, Cū similiter uel
dictiones, uel sententiæ finiuntur. Ennius, ut citat Dio=
medes, eos deduci, euehi, quam deseri malui: Qua figu
ra apud Græcos insignis est Isocrates.

Ὅμοιοπῆωτον Homœoptoton, Cū eodem casuum
tenore clausula terminatur, ut est apud Salustium: Ma
ximis ducibus, fortibus, strenuisq; ministris.

Πολύπῆωτον Polypoton, Multitudo casuum uarie
tate distincta, ut Aenei. iij. Littora littoribus contraria,
fluctibus undas Imprecor, arma armis, ipsisq; nepotes.

Ἐις μὸς Irmus, Series est orationis, eodem filo ad
clausulam usq; protensa, ut Principio cœlum ac terras,
campōsq; liquentes, Lucentemq; globū lunæ, Titaniaq;
astra, Spiritus intus alit. Aeneid. vij.

Ἐνδίαδης Endiadis, Figura, cum fixum in mobile
soluitur, ut, Per famam ac populum. pro, per famosum
populum, dixit Poeta.

SCHEMATA ET TROPI

Ἰπαλλαγή Hypallage, Est quoties oratio conuer-
so rerum ordine effertur, ut, Dare classibus austros, pro
dare classes austris. Vergil.

Προσωποποιία Prosoportia, Personarum fictio,
nimirum cum rebus mutis sermo tribuitur. In qua quan-
quā poeta multū sibi permittūt, tamē & oratores usur-
pant, ut Ci. in Catilinā patriæ sermonem accommodat.

Ἀνθυποφορά anthypophora, Cū tatitæ occurri-
mus questioni, quā figurā & poeta & oratores in usu
habent, quorū exempla referre nimis hic longum esset.

Ἀποσιώπησις Aposiopesis, Quam Cicero reticē-
tiam appellat, cum per iram uel indignationem, oratio-
nis partem reticemus: Quos ego, sed motos præstat cō-
ponere fluctus. tacet enim, puniam.

Κλίμαξ Climax, interprete Tullio, gradatio, quo-
ties ab eo uerbo quo sensus superior claudebatur, inferi-
or incipit, ac deinceps hoc modo quasi per gradus ascē-
dit. Cuius aptissimum exemplum extat apud Homerū.
Iliad. ij. de sceptro ab Ioue in Agamemnonem usq; de-
ducto. sed & Vergi. in Bucō. Torua leana lupum se-
quitur, lupus ipse capellam. & alia.

Πολυσύνδετον Polysyndeton, Structura multis
nexa coniunctionibus, ut Athamásq; Troásq; Pelidésq;
Neoptolemus, primúsq; Machaon. Aenei. ij.

Ἀσύνδετον Asyndeton, Superiori cōtraria, cum
structura

PETRI MOSELLANI.

Structura uinculis caret. Abijt, excessit, euasit, erupit, Tullius in Catilinam. Ferte citi flammam, date tela, impellite remos, Aenei. iij.

Ἀντιμεταβολή Antimetaboli, apud quosdam inter figuras refertur, quam latine cōtramutationem uertere posses, ut. Non uiuo ut edam, sed edo ut uiuam, inquit Cato. Reliquae figurae, quas Fabius ex multis graecis curiose satis cōuertit, in praesentiarum ascribere nō est animus: partim quod Grammaticum artificium excedant, partim q̄ insigniores congerere tantum nostrum est institutum.

FIGURA CONSTRUCTIONIS.

eiusq; partes.

FIGURA CONSTRUCTIONIS,

quae in syntaxi uulgarem rationem excedit,

Cuius species sunt:

Prolepsis,

Zeugma,

Syllepsis,

Euocatio,

Appositio.

προληψις
 ζευγμα
 ζευγμα
 ευνοια
 συμπροσθησις

προληψις Prolepsis, Praesumptio totius, cuius partes ad unam proprietatem postea referuntur, ut, Milites pugnabant, unus in hostem, alter in patriam,

μιλιται
 συμπροσθησις

ζευγμα Zeugma, quoties una proprietas diuersis subiectis tribuitur, uni prius, alteri posterius, ita tamen, ut uiciniori respondeat, ut ego et tu scribis,

μιλλησις
 ευνοια
 ζευγμα
 ευνοια

ζευγμα
 ευνοια

SCHEMATA ET TROPI

Σύλλησις Syllepsis, Cōceptio, cū dignius attrahit
vnius dignum, quæ ambo tamen ad unam proprietatē
referētur, ut digniori respōdeat, ut ego et tu scribimus.

Euocatio, Quoties prima uel secunda persona terti
am quasi euocat, ut ego Vergilius cano, quāquam hoc
loco mea sententia Vergilius, non tam tertie quā pri
mæ personæ est.

Appositio est, cū duo fixa uel plura sine copula nec
tuntur, ut Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent,
Verg. in .i. Aeneidos. Formosum pastor Corydon ar
debat Alexim Delicias domini, in Bucō.

Nonnulli recentiores literatores συνηδοχῶν sy
necdochen addunt, quæ tū fit, cum ἑλλωρίζοντες Ae
thiops albus est dentes, dicimus. Et ut Ver. Nuda genu,
quod ἄττιμισμῶν fieri certum est.

VITIVM.

SCHEMATIS pars secunda.

VITIVM in oratione quasi error quidam, qui etsi
poetis condonatur, in prosa tamen intolerabilis est.

Species sunt :
Obscurum,
Inordinatum,
Barbarum.

OBSCVRVM, eiūsq; partes.

Obscurum, cum uel uerborū uel structuræ uitio ob
scuritas quædam inducitur.

Cuius

PETRI MOSELLANI.

Cuius partes
habentur :
Acyron,
Pleonasmus,
Perissologia,
Tautologia,
Homœologia,
Amphibologia,
Eclipsis,
Periergia.

Ἄκυρον Acyron, Improprietas, cum dictio minime proprie significationis orationi ceu nubes inducitur. Teren. Nā quod tu speras, ppulsabo facile. Speras pro times. Quomodo & Græci suū ἐλπίζειν usurpant,

Πλεονασμός Pleonasmus, Fit, quoties (inquit Fabius) superuacuis uerbis oneratur oratio, ut, uidi meis oculis. Satis est enim, uidi. Sic ore locuta est. Aeneid. i.

Περισσολογία Perissologia, Fit, cum sententia aliqua sine pondere rerum adijcitur, ut Liuius in viij. ab urbe condita: Legati non impetrata pace, retro domum unde uenerant reuersi sunt.

Ταυτολογία Tautologia, aiusdē uerbi aut sermonis iteratio, cui uitio etiam Ciceronem obnoxium notat Fabius, quod dixit, Non solum igitur illud iuditiū iudicij simile iudices non fuit, quamuis casu diuerso.

Ομοιολογία Homœologia, Peius uitium superiori, cum oratio undiq; sui similis nulla uarietatis gratia le-

uad

SCHEMATATA ET TROPI

uat tedium, sed est tota coloris unius. Cuius exemplum, ne nimis longum sit, in presentiarum non ascribemus.

Ἀμφοβολογία Amphibologia, Quādo structurae uitio, utrò uerbum sit referendū dubitatur, quemadmodum Pyrrho oraculum respondit, Aio te Acacida Romanos uincere posse. Hic utri uictoria promittatur, incertum.

Ἐκλειψις Eclipsis. Defectus, quem (ni fallor) Fabius μείωσιν uocat, cū sermoni aliquid deest, quo minus plenus sit, ut Italiam fato profugus, deest, ad. Egone illam? que illum? que me? que non? In Eunuchis.

Περιεργία Periergia, Superuacue, & (ut ita dixerim) operositas nimia in loquendo. Quod uiciū aut idē, aut certe admodū affine ei, quod μακρολογία nominat, cū Fabius tum Diomedes, cum sermo cultus gratia longior sit quā oportet. Verg. Postea uix summos spargebat lumine montes Orta dies, cum primū alto surgite tollūt Solis equi, lucēmq; elatis naribus efflāt.

Hæc uitia quanquam fermè omnia à diomede sub obscuro ceu genere comprehenduntur, non tamen ignoro multis aliter uideri posse: Ut ut sit. nobis in paruo discrimine ponetur.

INORDINATVM eiusq; species.

INORDINATVM, cum uel ordo, uel dignitas uerbis deest.

Cuius

PETRI MOSELLANI.

	Tapinosis,
	Cacemphaton,
Cuius species potiores censentur :	Cacozelon,
	Aschematiston,
	Cacosyntheton,
	Soraismos .

Ταπείνωσις Tapinosis, Vitium quo rei dignitas uerbi humilitate deprimitur, ut quod Cato (autore Gellio) uerrucam montis, pro cacumine dixit.

Κακέμφατον Cacēphaton, siue ἀιχρολογία ἀschroligian uocitare uelis, Vel cū corrupta consuetudine in obscœnū intellectū detorquetur sermo, ut Aene id. vi. Ad ramū hunc aperit, ramum qui ueste latebat. Teren. Arrige aures Pamphile, cum arrectio genitali membro propria sit. Vel cum iunctura deformiter sonat, ut numerū cum nauibus equat. Quod posterius obseruare, auris est plane delicata.

Κακόζηλον Cacozelon. Mala affectio, cum ingenium scilicet iudicio caret, & specie boni fallitur, infœliciterq; emulatur uitium, ut omnium pessimum, ita hodie omnibus ferme commune.

Ἀσχημάτισον Aschimatiston, id est male figuratum. cum oratio prorsus simplex, suis figuris, quibus uelut stellulis reluceret, caret.

Κακὸσύνθετον Cacosyntheton, male collocatū, ubi

SCHEMATA ET TROPI

quippiam nō suum habuerit locum in quo^o quadret. ut
Versaq; iuuentūm Terga fatigamus hasta. Aenei, ix.

Σωραϊσμός Soraismos, Miscella quaedā & acer-
uatio ex uarijs ideomatis apud Græcos, apud nos ex
uerbis barbaris & latinis, proprijs & improprijs, obso-
letis & nouis. Ac ut sis sciens, in his uitijs plane nihil tibi
condonarim. Nam quamuis Vergilius semel atq; ite-
rum in ipsis audax fuerit, tibi tamen non itidem hæc imi-
tari fuerit consultum,

BARBARVM, eiusq; species.

BARBARVM, uitium quod ad quandā uelut barba-
ricam tendit.

Partes sunt hæ,

Barbarismus,

Barbaralexis.

Solæcismus.

Βαρβαρισμός Barbarismus. Contra Romani ser-
monis legem aut scripta aut pronuntiata uitiosa dictio
Fit aut additione, detractio, immutatione, transpo-
sitione: & id quidem aut literæ, aut syllabæ, temporis,
toni, aspirationis. Quorum exempla partim ubi figuræ
dici meruerunt, exhibuimus: partim barbarorum tum
locutio, tum scriptio (ne dubita) suppeditabit. In Græcis
poetis ubiq; sunt obuia. His enim nihil negatum ridet
Martialis: adeo, ut apud illos is ferme optimus habeatur
poeta, q in eiusmodi quāmaxime audax fuerit. Ad
hæc indecoras literarum quarundam pronuntiationes

PETRI MOSELLANI.

barbarismi nota inurūt, ἰωτακισμοὺς scilicet, λαβ =
δακισμοὺς, μετακισμοὺς, πλατειασμοὺς. Sic
enim græci, fingendis nominibus (ait Fabius) feliciores,
uocant, ut et χείλοσομίαν, cum uox quasi in oris
recessu auditur.

Βαρβαρά λέξις, id est, Barbara dictio, quoties Ro-
mano sermoni peregrinae linguae dictio inseritur, ut ga-
za apud Maronē, quod est Persicū: & mastruca apud
Ciceronem, Sardum uocabulum.

Σολοικισμός, Solæcismus, est (inquit Asinius Ca-
pito apud Gellium) impar & inconueniens compositu-
ra partiū orationis, quæ per omnia partium orationis
accidentia notatur, cum alia orationis pars pro alia po-
nitur, cum genus pro genere, casus pro casu, tempus
pro tempore, modus pro modo, numerus pro numero,
aduerbiū pro aduerbio, præpositio pro præpositione,
Horum omnia exempla, nō ut imitareris, sed ut notata
minori negotio deuitares, oppido quàm libens ascrip-
sissim, si per chartæ angustiam licuisset. Quare uel ip-
se obserues, uel ex Donato petas licebit.

V I R T V S :

S C H E M A T I S pars tertia.

VIRTUS, quæ oratio honestatur, attolliturq; su-
pra uulgi sermonem.

Cuius genera duo:

Proprietas,

Ornatus.

B II

SCHEMATA ET TROPI
P R O P R I E T A S, & eius partes.
P R O P R I E T A S, quæ uel scripto, uel pronuntiatione
uel uerbis nil improprium habet.

Eius partes sunt : Analogia,
 Tasis,
 Syntomia.

Ἀναλογία Analogia, est proportio quædam, finitore
Diomede (nam nobis non perinde probatur) qua recte
scribendi ratio conseruatur. Hanc cū proprietatis par-
tem fecerit Diomedes, quid tamē sibi uoluerit, nō uideo.

Τάσις Tasis, qua uerborū dulcis ac iucunda serua-
tur modulatio, q̄ alia acuto tenore, alia graui, alia flexo,
moderamur. Quæ uirtus ad uocis flexibilitatem præ-
cipue pertinet.

Συτομία Syntomia, cū breui & cōpendioso uer-
borū ambitu, res quantūuis ingens pro dignitate reddi-
tur. Ver. i. Aen. Nasætur pulchra Troianus origine Cæ-
sar, Imperium oceano &c. Est & orationis uelut lux
quædam, quæ uerba ipsa rei proprie adeo accōmodat,
ut non tam narrari quàm geri uideatur. Hanc uirtutem
Græci, qui lucem, quam rebus addit, spectāt, ἐνέγχαρ,
qui uerò mouendi efficaciam, ab opere ἐνέγχειαρ, ap-
pellare consueuerunt.

O R N A T V S, & eius species.

O R N A T V S orationis suo se nomine prodit, ut
finitione minime sit opus.

PETRI MOSELLANI.

Genera eius hæc :
Synthesis,
Cyriologia,
Tropus.

Σύνθεσις Synthesis, Apta & cōcinna modulis suis structura, qua alius pes alio iucūdiore clausulam efficere dioscitur. Qua de re Cicero lib. de orato. iij. & Fabius in .ix. abunde satis disseruere.

Κυριολογία Cyriologia, Propria & sana oratio, quam ipsa ueritas & simplicitas exornāt, ut Romanos rerum dominos, gentemq; togatā. Hanc uirtutē Quintilianus non uno tantum loco laudibus uehit.

Τρόπος Tropus, quē clarissimi latinorū motū appellarint, est uerbi uel sermonis à propria significatione in aliā cū uirtute mutatio.

Cuius priores partes colliguntur hæ :

Metaphora,
Catachresis,
Metalepsis,
Metonymia,
Antonomasia,
Epitheton,
Synecdoche,
Onomatopœia,
Allegoria,
Periphrasis,
Hyperbaton,
Hyperbole,
Emphasis,
Homœosis.

B iij

SCHEMATA ET TROPI

ΜΕΤΑΦΟΡΑ Metaphora, id est translatio, tropus longe pulcherrimus, quando uel nomen uel uerbum, ex eo loco in quo proprium est, in eum in quo aut propriū deest, aut translatum proprio melius est, transfertur. Vt uideo, à corporeo sensu cui proprium est, ad animi intelligentiam transfertur,

Hec multis fit modis :

Deflexione, cum uox è propinquo ad rem proximā de torquetur : ut uideo pro intelligo, concoquere pro ferre, deuorare pro uincere ac perferre. Siquidem in ijs id quod est corporis, ad animū transfertur, quo genere nihil est usitatus,

Ab irrationali ad rationale, ut Terētius: Quid ille gan nit ? quod uulpium proprium est.

Aut cōtrā, ut si poetam cygnum, musicum lusciniā dicamus, ceu facit Verg. Geor. iij. dum de apum rep. dicit : Magnanimosq; duces, totiusq; ordine gentis.

Mores, & studia, & populos, & praelia dicam.

Ab inanimato ad animal, ut Vergilius Aeneidos undecimo: Si tantum pectore robur Concipis. Hic à ligno ad hominem translationem fecit.

Aut contra : At procul excelso miratus uertice montis
Hic hominis uerticem ad montem traduxit.

Ab animali ad animal, ut, Pascentes apes.

Ab inanimato ad inanimatū, ut si quis syluam scatere dicat, quod est fontium.

Ad hæc, quædam translatiões sunt reciproca siue con-

PETRI MOSELLANI.

munēs, quas Graeci ἀκόλαστας uocant. Nam ut pro gubernatore recte dixeris aurigam, ita & pro auriga gubernatorem. Quaedam unius duntaxat partis, quas illi ἀνακόλαστας appellant. Siquidem ut recte pro montis cacumine uerticem dixeris, ita non recte pro uertice cacumen ad hominem traduxeris.

Atq; hoc loco admoni uide uelim lector amice, translationem unam esse, quae in loco adhibita, ingens decus addat orationi. Quare consultum fuerit, insignium metaphorarum uim ex optimis autoribus annotatam comparare. Sunt autem (inquit Roterod.) apud M. Tullium optima, apud Quintilianum plurima. Sed & nos (si deus aspirarit, in uolumen iustum diligenter congregemus ex utriusque linguae autoribus insignes translationes, modo alius quispiam non anteuertat.

Κατὰ ἄρχεις Catachresis, uerborum abusio, quae non habentibus nomen suum, accommodat quod in proximo est, ut si parricidam appelles, non qui patrem occiderit, sed aliam hominem quemuis.

Μετὰ ληψίς Metalepsis, Transumptio. Ea est (inquit Roterod.) ubi gradatim itur ad id quod ostenditur Vergi. in. i. Speluncis abdidit atris. Nigrae enim intelliguntur, ex nigris tenebrae, ac per hoc in praecipitium profunde. Verum huius tropi usus magis incidet in carmine, q̄ in oratione soluta.

Μετωνυμία Metonymia, id est Transnominatio,

SCHEMATA ET TROPI

cum inuentorē pro re inuenta ponimus, ut, Sine Cerere
 et Baccho friget Venus, dixit comicus. Quod si uertas,
 erit durius, ut uinū precemur pro Baccho. Vel cum cō
 tinens pro eo quod cōtinetur usurpamus: Nunc pateras
 libate Ioui. Vel ē cōuerso, Vina coronant, pro poculis
 dixit Maro. Vel cum dominus rei pro re ipsa ponitur,
 ut de sene gustarit, pro de pecunia senis, Vel cū ex effe
 ctu efficiens acāpimus, ut. Pallida mors æquo pulsat pe
 de pauperū tabernas, Regūmq; turres. Vel cū ducē pro
 his qui subsunt, ut cæsus Annibal. Vel cum autorē pro
 opere, ut Terentius semper in manibus habendus.

Ἀντωνομασία Antonomasia, Ea est nominis permu
 tatio, ut si quis pro Achille Pelidē dicat, pro Iunone Sa
 turniam, quemadmodum Verg. & Horatius.

Ἐπιθετόν Epithetō, id est Appositū, quoties pro
 priū nomē adiecto aliquo quasi uestitur, ut, At pius Ae
 neas, seuus Hector, formosus Alexis, apud Poetam.

Συνεκδοχή Synecdoche, Quam Cicero intellectu
 onē uocat, quoties ex uno plura intelligimus. ut Roma
 nus prælio uictor, pro Romani. Ex parte totum, ut mu
 cronem pro gladio: retroq; ut ingens à uertice pontus.
 Ex specie genus, Iracundior Adria, pro quouis mari di
 xit Horatius. Ex materia rem confectā, ut ferrum pro
 gladio. Ex præcedētibus sequentia, ut uirgineam soluit
 zonā, id est de uirginauit. Breuiter, cū aliud ex alio in
 telligitur, ut uixerūt p̄ mortui sunt, exclamauit Orator

PETRI MOSELLANI.

ΟΝΟΜΑΤΟΠΟΙΪΑ Onomatopœia, Nominis confictio
soni imitatione, Clangorq; tubarū Vergilius. Timnire,
balare, mugire, & reliqua quæ significandi gratia pro
tempore fingimus.

Ἀλληγορία Allegoria, quā inuersionem interpre=
tantur, cum aliud uerbis, aliud sensu ostenditur, ac nō=
nunquam contrarium.

Species nomi=
nantur hæ :

Aenigma,
Parœmia,
Ironia,
Sarcasmus,
Astysmus,
Mycterismus,
Antiphrasis,
Charientismus.

Ἀίνισμα Aenigma, Obscura quædā allegoria, ma=
gis uitium Quintiliano quàm uirtus, cū dilucide dice=
re uirtutis nomine commendetur. Hinc opinor motus
Diomedes, & uitijs & uirtutibus connumerat. Cuius
exemplum aptissimum extulit Hesiodus Georgi. i.

ὄλεον ἢ μισυ παντὸς. Quod Plato libro de legib.
tertio, exponit multis uerbis. Quæ omnia huc tendunt,
Satius esse ἀδικεῖν, quàm ἀδικεῖν. Hoc est, iniuriā
pati quàm inferre.

Παροιμία Parœmia, id est adagium (definitore ma=
gno illo Erasmo) dictū celebre aliqua nouitate insigne,

SCHEMATA ET TROPI

ut lupus est in fabula. Teren. cū silendū moneat. An
 aut hęc finitio huic loco quadrat, qui uelit, ex Eras
 mi Chiliadibus inquirat: Diomedes certe & Dona
 tus allegoriae speciem faciunt.

Εἰρωνεία Ironia, Illusio quæ nō ex uerbis, sed uel pro
 nūtiatione uel persona uel rei natura intelligitur, ut,
 Heus tu bone uir curasti probe. Teren. in And.

Σαρκασμός Sarcasmus, Iocus amarulentus, atque ho
 stilis derisio, ut, En agros, & quam bello Troiane
 petisti, Hesperiam metiri iacens. Aeneid. xij.

Ἀστυσμός Astysmus, urbanitas, orationis quasi festiui
 tas. ut, qui Bauium non odit, amet tua carmina Me
 ui. Atq; idē iungat uulpes, & mulgeat hircos. Ver.

Μυκτηρισμός Mycterismus, Simulatus risus, sed ta
 mē nō latens: quod Persius naso suspendere uocat.
 μυκτηρς enim Græcis (autore Iulio Polluce) nasū
 significat.

Ἀντίφρασις Antiphrasis, Vnius uerbi ironia, ut bel
 lum dicitur, quod minime bonum: & Hieronymus
 monachum quēdam Vigilantiū κατ' ἀντίφρασιν
 uocitat.

Χαριεντισμός Charientismus, Quo duriora re ipsa,
 gratiosis uerbis molliuntur. Terentius. Bona uerba
 quæso, cum pistrinum deprecaretur Dauus. quod
 Plato de rep. primo εὐφημῆιν dicit.

PETRI MOSELLANI.

Et hæc iam dictæ, sunt allegoriæ species .

Περὶ φρασίς Periphrasis, Latine (tametsi inuito Fabio) circūlocutio, est fusior & copiosior rei descriptio, aut ornandæ rei gratia quæ pulchra est, ut Tempus erat quo prima quies mortalibus agris Incipit, et nō do diuūm gratissīma serpit. Aenei. ij. Aut tegendæ gratia quæ turpis: placidūmq; petiuit Coniugis effusus gremio per membra soporem.

ὑπέρβατον Hyperbaton, Transgressio quædam uerborum ordinem communem perturbans .

Anastrophe,

Dialysis,

Cuius species: Diacope,

Synchysis,

Hysteron proteron .

Ἀναστροφὴ Anastrophe, Reuersionem dixeris, est uerborum tantum ordo præposterus, ut mecum, secum pro cum me, & cum te. Italiam contra, pro contra Italiam, Apud Ver. in primo.

Διάλυσις Dialysis, siue Πάρενθεσις Parenthesis, Ordinis dissolutio per interpositam sententiā, ut, Aeneas (neque enim patriam consistere mentem Passus amor) rapidum ad naues præmittit Achaten.

Διακοπή Diacope, siue Τμήσις Tmesis, Dissectio, cū scilicet dictionis cōpositæ iūctura soluitur aliquo interposito, ut septē subiecta trioni, cū septentrioni

SCHEMATATA ET TROPI

dicendum fuisset.

σύνχυσις Synchysis, Confusio. Est enim quoties ordo omni ex pte turbatur. Treis notus abreptas in saxa latentia torquet, Saxa uocant Itali medijs quæ in fluctibus aras. habet aut ordo hoc mō autore Donato, Treis naues abreptas notus torquet ī saxa, q̄ Itali uocāt aras.

Ἰσθρον πρότερον Hysterō pterō, siue ὑστερολογία Hysterologia, cum id quod secūdo loco fit, priorem in orationis ordine possidet. Et torrere parant flammis, et frangere saxo. Aeneid. primo.

Ἰπαρβολὴ Hyperbole, Autore Fabio, Demētiens est superiectio, ut quæ fidem nō mereatur, uel augendi gratia, ut Ocyor euro uita nostra, apud Horatium dicitur: Vel minuendi gratia, ut Testudine tardior. In quo tro-po monet Quintilianus modū in primis seruare oportere, ne in κακοζηλίᾳ uitiū supra notatū nos inducat.

Ἐμφασις Emphasis, Siue cū latens aliquid unā significatur, siue expressior denotatio. Hæc cū multis fit at modis, hunc habet præcipuū, quoties fixum pro mobili ponitur, ut scelus pro scelesto.

Ὁμοίωσις Homœosis, Ignotæ rei per eius quæ magis nota est similitudinem expressio.

Cuius genera recensentur
Icon,
Parabole,
Paradigma.

PETRI MOSELLANI.

Ἐἰκὼν Icon, Imago, cum quippiam ad imaginem alteri
us rei quasi describimus, ut os humeròsq; deo similis,
Hic enim ad dei imaginē, Aeneā cōparavit Poeta,

Παβολὴ Parabolē, Quam Cicero collationem inter
pretatur. Ea est (inquit Donatus) rerum genere dissimī
lium comparatio. Plato in Euthyphone : Iuuenū in pri
mis rationem habere conuenit (nam sic transponimus)
ut in optimos uiros adolescant, haud aliter, ac pruden
tem agricolam teneriusculis plantis primam curam ad
hibere decet, deinceps uerò & alias non negligere.

Παράδειγμα Paradigma, cum ex historia res aliqua
narratur, qua uelut exemplo accendimur & ipsi huius
modi uel facere uel uitare. Cuius usus tam est frequens
cum apud poetas tum apud oratores, ut minime opus
uideatur exempla in medium asferre.

Quidam præter tropos etiam ad orationis uirtutes
Φράσις pertinere putent, quā ῥονογραφία, Τοπο
γραφία, τοποθεσία, αἰτιολογία, ἐπανόρθω, κα
ταλόγω, συλλογισμῶ, ἀπείροφι, atq; id genus a
lijs constare putāt, quæ nos finitionibus minime explica
bimus. partim, q; propius ad orationis copiā attinere ui
deantur : partim, q; ipsa etymologia & prima (quod
aiunt) fronte quid rerum sint, præ se ferant : partim eti
am, quod nostri instituti angustia non sinit Chrysipp. eū
hunc aceruum explere.

FINIS,

GEORGI

V S MAIOR CANDI=

DO LECTORI

salutem .

CONTRAXIMVS HIC IN FIGV
ram quandam Philippi Melanchthonis Rhetoricas institutiones, non in frugiferam studiosis adolescentibus fore arbitrantes: Partim quòd omnia arcta & succincta facilius tum intelligantur, tum altius ac tenatius memoria infigi & insculpi soleant, quam quæ sparsa & tanq̃ in campo diffusa sunt: Partim, ut aliquid scripturi, hac tabella ob oculos posita, statim rhetorici artificij admonerentur. Adiunximus & figurarum ordines, quibus oratio tanquam flosculis & stellis exornari solet. Neque uerò temere citra autoris cōsiliū hanc emisimus. Iam si quis uel exempla desiderat, uel figurarum definitiones, is ex autore ipso requirat. Malim tamen exempla ex fontibus, uidelicet Ciceronis & aliorum eruditorum orationibus peti. Quare optime lector operam nostram boni consule . .

VALE.



IN PHI

LIPPI MELANCH-
THONIS RHETO-
rica Tabula.

TRIA sunt omnino causarum genera. Demonstratiuum, Deliberatiuum, Iudiciale.

DEMONSTRATIVVM.

Demonstratiuum, cum laudamus aut uituperamus.

Et est triplex, scilicet Personarum,
Factorum,
Rerum,

DEMONSTRATIVVM personarum

Demonstratiuum personarum habet orationis partes quatuor, uidelicet

Exordium,
Narrationem,
Contentionem,
Perorationem,

Exordium consistat locis Beneuolentiae,
Attentionis,
Docilitatis,
Rebus,

Beneuolentia petitur à
Personis

Sunt uero plurimi beneuolentiae captandi loci, qui hic recenseri nequeunt. Vt inur nonnumquam, insinuatione etiam

R H E T O R I C A

cum turpitudinem quæ in causa uidetur esse, excusamus

Attentio, cum
affirmas te di-
cturū esse de

Novis
Necessarijs
Vtilibus rebus,
Difficilibus
Obscuris

Docilitas, cum affirmas te

Breuiter
Dilucide dicturum.

Narrati
onis loci
sunt

Natales,
Pueritia, ubi de ingenio dicitur & educa-
tione.
Adolescentia, ubi studia considerantur.
Iuuentus, Vbi res publicæ aut priuæ
Senectus, (tim geste considerantur.
Mors, quæ illam secuta sunt,

Contentione fere hoc genus caret, qui non agitur
de dubijs rebus.

Peroratio constat

Enumerationem argumentorum,
Affectu.

DEMONSTRATIVVM factorum.

Demonstratiuum
factorū habet par-
tes quinque

Exordium,
Narrationem,
Confirmationem,
Confutationem,
Perorationem.

Exordium

MELANCHTHO. TABV.

Exordium ab iisdem locis petitur, à quibus superius.
Narratione in hoc genere raro utimur, frequētius pro-
positionibus.

Confirmati-
onis loci :

Honestum
Vtile
Facile
Difficile
Possibile
Impossibile.

Circumstantia :

Quis
Quid
Vbi
Quibus auxilijs
Cur
Quomodo
Quando.

Confutatio ferè non incidit in laudes. Huius autem loci
sunt contrarij confirmationi.

Perora-
tio cōstat

Repetitione argumentorum,
Gratulationis in letis,
Affectu Imitationis in letis,
Comiserationis in tristib.

DEMONSTRATIVVM
RERVM.

DEMONstratiui rerum, sunt partes quinque.

C

IN RHETORICA

Exordium,

Propositio, Nam in hoc genere narratio
nulla est: sed uice narrationis propo-
silio ponitur.

Quae sunt: Confirmatio. Honestum
cuius loci: Utile
Facile
Difficile.

Confutatio, quae locis contrarijs constat.

Peroratio, quae constat iisdem locis qui-
bus supra.

DELIBERATIVVM,

DELIBERATIVVM, cum suademus aut dissuade-
mus, petimus, hortamur aut dehortamur.

Exordium,

Narratio, quae rara est. Eius uice propo-
silio ponitur. Nonnunquam incidunt
breues narrationes, sed statim sequi-
tur propositio.

Huius partes: Confirmatio, Honestum, exempla plu-
cuius loci: Utile, rimum ualent
Facile, in hoc ge-
Difficile. nere.

Cōfutatio, quae à locis contrarijs petitur.

Peroratio, ut supra, Enumeratione &
affectu constat.

MELANCHTHO. TABV.

I V D I C I A L E .

I V D I C I A L E , quo controuersie ac lites continentur .

Huius triplex est status:

Qui sunt: Coniecturalis, An sit.
Iuridicialis, Iure an iniuria.
Legitimus, Quid sit.

D E C O N I E C T V R A L I S T A T V .

An sit.

Status C O N I E C T V R A L I S constat quinque partibus.

Que sunt: Exordium,
Narratio, quæ est historica facti
commemoratio, cum sequi-
tur statim propositio.

Confirmatio.
Comprobatio,
Peroratio.

Confirmatiõis aut huius, loci. ij, sunt, scilicet: Voluntas,

Potestas.

Voluntatis loci: Qualitas personæ,

Causa inducens ad suscipiendū fa-
Impulsio, quæ est affectus,
ira, odium, auaritia &c.

cinus. Cuius loci:

Ratiocinatio, quæ à spe com-
modorum ducitur.

IN RHETORICA

Potestas cōstat
circūstantijs:
Loco
Tempore
Viribus
Signis
Antecedentibus
Consequentibus.

Idem sunt lo-
ci defensoris.

Defensor ta-
men addet:
Absolutionem, cum docemus id signū
quod factum est, misericordia & hu-
manitate factum esse.
Inuersionem, qua docemus signum
quod contra nos producitur, pro no-
bis facere.

DE IURIDICIALI, IVRE AN
iniuria.

Iuridicialis partib. cōstat. IIII. scđ:
Exordio,
Narratione,
Cōfirmatione, cuius
proprij sunt loci,
Peroratione.

Est aut duplex status negotialis:
Absolutus, cum simpliciter aliquid defenditur.

Assumptiuus.

Natura
Lex
Consuetudo
Aequum

Cuius lo-

MELANCHTHO. TABV.

ei sunt: Bonum
Iudicatum
Pactum

Assumptiuus, cū assumpta re extranea, defensio tractatur.

Eius loci sunt: Concessio
Translatio criminis.
Remotio.

Cōcessionis partes: Purgatio, cū fatemur nos peccasse
sed p̄ imprudentiā aut casum.
Deprecatio.

DE STATV LEGITIMO. QVID
sit.

Legitimus status cōstat
partib. IIII. sc̄z: Definitione
Contrarijs legibus
Ambiguis scriptis
Ratiocinatione.

FIGVRÆ

TVM VOCABVLORVM TVM
Sententiarum.

TRES SVNT FIGVRARVM OR-
dines.

Primus pertinet ad dictionem tantum fi-
gurandam.

Quo- Secundus pertinet ad orationem figuran-
dam.

IN RHETORICA

rum

Tertius pertinet non ad orationem tantum ornandam, sed etiam auget corpus orationis: quem Cicero exornationes sententiarum uocat. Hic est Quintiliano uel forma amplificandi, uel argumenta.

ORDO PRIMVS.

Ordo primus qui ad dictionem tantum figuradam spectat,

Tropum

Et at, diuiditur in

et

Schema.

TROPVS est dictionis uel orationis mutatio a propria significatione ad cognatam:

Metaphora

Onomatopœia

Synecdoche

Dictio =

Catachresis

nis, ut

Metonymia

Metalepsis

Antonomasia

Periphrasis, que fit etymologia notatione definitione.

Allegoria

Hyperbole

Orationis, ut

Eicon

Parabola

Paradigma.

MELANCHTHO. TABV.

Allegoriae
Species:
Aenigma
Parœmia
Ironia
Sarcasmus
Astysmus
Myæterismus
Antiphrasis
Charientismus.

Parabola tamen & Paradigma ad confirmandum potius pertinent, & inter argumenta recenset Fabius.

SCHEMA est uocis inflexio, quæ auribus tantum in-
Grammaticum
seruit. Estq; duplex, ut

Rhetoricum,
Orthographicum
Grammatici schematis genera

Orthographi-
ci schematis
Species
Syntacticum,
Prosthesis
Epenthesis
Paragoge
Aphæresis
Syncopa
Apocopa
Ectasis
Systole
Synalœpha. &c, Vide Dona-
tū, & Mosellani tabulas.

Vsus ho-
rum in
carmine

IN RHETORICA

Syntactici schematis species :

Prolepsis
Zeugma
Syllepsis
Synthesis
Synecdoche
Antiptosis
Hyperbaton

Rhetorici schematis species :

Repetitio
Complexio
Copulatio
Traductio
Asyndeton
Polysyndeton
Homœoptoton
Homœoteuton
Hypallage
Paranomasia
Anacalasis
Aposiopesis
Ellepsis.

ORDO SECUNDVS.

Ordo secundus pertinet ad orationē tantum figurandā

Interrogatio
Subiectio
Exclamatio
Dubitatio

Hu

MELANCHTHO. TABV.

ius ordinis
sunt :

Paradoxum
Communicatio
Permissio
Licentia
Auersio
Prosopopœia.

Sub exclamatione
continentur.

Imprecatio
Obtestatio
Ominatio
Adhortatio.

ORDO TERTIVS.

ORDINIS tertij sunt, quæ Ciceroni exornatiões
sententiarũ dicuntur. Sũntq; ea quæ sequuntur

Ordinis ter-
tij sunt :

Auxesis
Tapinosis Verbis fiunt singulis.
Meiosis
Synonymia
Incrementum
Gradatio
Congeries
Contentio
Contrarium idem,
Antithesis
Commutatio

C V

IN RHETORICA

Communicatio

Regressio

Responsio

Præteritio

Paralepsis *idem.*

Occupatio (quæ à Cicerone
presumptio dicitur, à
Fabio occupatio)

Transitio

Metabasis

Correctio

Interpositio

Reiectio

Actiologia

Confessio

Ἰαρολογία excusatio est,

Finitio

Hypotyposis

Expolitio

Distributio

Diuisio

Prosopopœia

Sermocinatio

Chronographia

Topographia

Comparatio

Ordinis termi-
nij sunt :

MELANCHTHO. TABV.

Ordinis ter-
tij sunt:

Sententia

Apophthegma

Epiphonema

Clausula

Noema

Pathopœia, affectuum uarie-

Sexu

Temporibus

tas, quæ petitur à circumstantijs: Locis

Personis

Ætatib. &c.

Finis.

AD LECTO-

R E M.

Autorem laudare uetat reuerentia, laudet

Qui debet, uel qui se bene posse putat.

Hoc mirantur opus docti, quod parua tabella

Ante oculos ponit, qui legis ista, tuos.

Nec quicquam qui composuit mutauit ab illis,

Quæ tibi sperauit hoc fore plana modo.

Aut igitur fallor, uel erit tibi grata profecto

Ampla in tam tenui bibliotheca libro.

Finis.

PHILIP

PVS MELANCHTHON
STVDIOSIS


Salutem,

~~EXTAT DE COPIA ERASMI~~ **E**mentarius, cuius optarim utilitatem uulgo tam
perspectam esse, quàm est titulus ubiq; notus.
Quamquam enim opus in speciem minutum uideatur,
tamen si propius inspexeris, comperias uere esse quod
audit Copiæ cornu. Nam cum figuras omnes locuple=
tandæ illustrandæq; orationis tradat, & informet, non
uulgarem eloquentiæ thesaurum continet. Miseret me
profecto iuuentutis nostræ, cum uideo optimis quibusq;
autoribus uelut ordine motis, in pretio esse, amari, terri=
libellos quosdã ἐφ' ἑμ. ἐρξες quorum alij simpliciter in=
epti, alij etiam perniciosi sunt. Catullus seculi incōmoda
malos poetas uocat: nos quanto iustius de nouitijs illis
scriptis queri possumus. Nullū est enim uenenū præsen=
tius malo libro Quare oportuit iudicio optimos quosq;
libros tanquam magistros studiorum omnium ac offici=
orum uitæ deligere. Mihi uerò nulli de hominum inge=
nijs melius mereri uidentur, quam qui exercitationem
dicendi adiuuant. Nam reliquæ literæ omnes, ubi non
accesserit usus aliquis styli, cum mutæ sunt, tū ad acuen=
dum animi iudicium non multum conducunt. Suntq; ad

Ratio

ERASMI TAB.

dicendi scribendiq; exerditationem, tanquam ex umbra
in lucem, ex puluere in arenam proferenda. Porro cum
hic libellus de copia mirifice conducatur ad eam studiorū
partem, dignus est quem in delicijs habeas, summa cura
euoluas atque ediscas. Hoc ego religiosius moneo, qd'
intelligo quasdam pesteis hominum esse, qui ab humana
rum artium studio imperitam iuuentutem dehortantur,
digni sanè in quos publicis legibus animaduertatur. Cre
de mihi, opinione maior uis est harum artium, nec pœ=
nitebit in his discendis operā sumpsisse. Quare adhor=
tor, ne quis patiatur hoc librorum genus importunitate
cuiusquam sibi e manibus extorqueri. Bonam operam
nauauit adolefcens, qui totum de copia commentarium
in hāc tebulam contulit & oculis subiecit, ut memoriā
adulescentium adiuuaret. Valete.

 IN ERAS

MI LIBRVM DE
C O P I A
tabula.

TRIPLEX EST COPIA,
Dictionum
uidelicet Orationum
Sententiarum.

Synopsi de uerbis tollit quod Epitaphis angit

IN COPIAM
DICTIONVM COPIA.

DICTIONVM copia, quae fit singulis uocabulis, consistit in Synonymia, quae est, cum diuersa uerba ean-

dem omnino rem declarant, ut

Ensis, gladius :

Domus, edes.

Sordida *familiare coegro*

Inusitata *passi seruis*

Poetica *spere p. tunc*

Prisca *Antiqua opulo*

Obsoleta *bonnae regunt*

Dura *costruit alps uim*

Peregrina *gaza p. diuites*

Novata *uithigatv*

Huc pertinent quoque:

ORATIONVM COPIA.

ORATIONVM copia multas habet uariandi rationes.

Enallagen .i.

Antonomasian .ij.

Periphrasin .iiij.

Metaphoram .iiij.

Allegoriam .v.

Catachresin .vi.

Onomatopœiam .viij.

Metalepsin .viij.

Metonymiam .ix.

Synecdochen .x.

Vi-
de-

Apprehensio tollit capite quod prothesis addit
Autem apocope sunt quae dat dat paragogos
ERASMI TAB.

li=	Aequipolentiam	.xi.
ect:	Comparatiua	.xij.
	Relatiuorum commu-	
	tationem	.xiiij.
	Amplificationem	.xiiij.
	Hyperbolem	.xv.
	Diminutionem	.xvi.
	Compositionem	.xvij.
	Constructionē	.xviij.
	Mutationē figuræ	.xix.

i. Enallage est, cum uoce modice deflexa, uarietatis nō= nihil conciliatur. Constat autem potissi=

Alteratio

Partis mutatione
 mum duobus modis,
 Qualitatis nouatione.

Partis mutatio fit, cū pmutatur uerbū
 Nomine,
 Participio,
 Supino.

Non dubito, non est mihi dubium:
 Amantem redama, Redama eū qui te amat:
 Venit ut cripiat, Venit creptum.

Qualitatis nouatio fit, cum mutatur aut
 Numerus,
 Persona,
 Genus.

Romanus praelio uictor, pro Romani uictores: uois
 ut Quid facias? Ut homo est ita morem geras:
 Lachrymat, pro lachrymatur.

huc pertinet } Casus Temporis Coniugationis
 mutationes } species Modis
 } figure Declinationis

ANTONOMASIA

IN COPIAM

ij. Antonomasia est nominis pmutatio, ut Aeacides pro Achille, Nonnunquā epitheton pro ipso nomine ponitur. Livius: Abundat multitudine hominum Pœnus. Pœnus. pro Annibale.

περιφρασις

iii. Periphrasis rem quæ brevius significari potuisset, latius ostēdit: ut Troiani belli scriptor, pro Homero.

προ φησιν

Etymologia, cum nominis rationem explicamus.

Constat autem: *Qui dicitur sapientissimus*

Notatione, cū accidentiū indicio aliquid significatur.

Finitione, ut pro rhetorica, bene dicendi ars.

μεταφορα

iiii. Methaphora est quæ uocem propriā ad cognatam transfert. Hæc putat M. Cicero tanquam stellis quibusdā illuminare orationem, planēq; lumen orationi afferre. Sumuntur autem metapho =

metaphora
non sit sordida, non
maior q̄ oportet
dissimilis
non nimium extra

Deflexione, ut *indeo pro intelh.*
Irrationali ad rationale,
Rationali ad irrationale,
Animali ad non animal,
Non animali ad animal,
Animali ad animal,
Inanimato ad inanimatum.

Deflexio, quoties uox ē propinquo ad rem proximā fle

Videre

Intelligere,

Fitur, ut

pro

Audire

Obtēperare.

ERASMI TABV,

Ab irrationeli ad rationale, ut Liuius: M. Portius Cato qui allatra re Scipionis magnitudinē solebat.

Terentius: Quid ille gannit? quod uulpium proprium est.

A rationali ad irrationale, ut si p̄fidū, uulpē dicamus.

Ridet ager,

Ab animali ad non animal, ut

Parturit arbor.

Ambo florentes etatib.

A nō animali ad animal, ut

Viridis etas.

Ab animali ad animal, ut Pascentes apes.

Oratio fluit,

Ab inanimato ad inanimatum, ut

Sylua scatet.

Sunt aut quaedam

meta-

pho-

re:

ἑκολῶθαι, ut gubernator ἑ auriga, quae pos- sunt conuerti.

ἀνακολῶθαι, ut uertex, quod recte ab homine ad montem trās- fertur: Cacumen, quod montis est, non item.

V. Allegoria est multorum uerborum continuata me- taphora, ut iugulū petere, pro eo quod est, Cau- se caput aggredi.

Annus usus frequentior est in D no uerbis intelligit
seruatis pronominibus ac pronomi-
Vno uerbis suspensa inderu nihil opus e

Catathresis ubi in omnino defuit methaphor
 ra ubi aliud frui

IN COPIAM

καταχρηστικη vi. Catathresis est uerbi abusio, ut cum dicimus Parricidam, qui matrem aut fratrem occiderit.
ονομαστικη vij. Onomatopoeia fictio nominis dicitur, ut Taratantara. Huc pertinet Paragoge, id est deriuatio nouorum uerborum ex analogia sumpta, ut Syllaturire pro Sylla mores imitari.

viii. Metalepsis, cum ex uno significato aliud colligitur ut speluncis abdidit atris. Nam nigrae intelliguntur, & ex nigris obscurae, & per hoc in praecipis profunda.

μετωνομαστικη ix. Metonymia est transnominatio. Fit autem cum ponimus Inuentorem Inuento pro

Continens
 primi Sine cerere & baccho friget nenus
 ut
 Exemplum
 secundi Epotos cados, Seculum felix.

Fit praeterea & alijs quibusdam modis.

εξ ολοκληρου x. Synecdoche (quam intellectionem uocant) cum intelligitur Vno plures
εξ ομοιοτητας ut
 Poenus fugatus, Pro Poeni.
εξ αντιστοιχιας ut
 Mucronem pro gladio.
εξ αντιστοιχιας ut
 Placet Displicet.

εξ αντιστοιχιας xi. Aequipollentia, ut non
 Accipio Recuso.

εξ αντιστοιχιας xij. Comparatiua, quae copia nascitur ex contrarijs
 detractione, geminatione, e- uerbis fortassis

ERASMI TAB.

prius lucrum honestum.

habet quam

Posterius honestum lucrum.

Vxor illius esse non uult

Non uult illum maritum,

xij. Relatiuorū cōmutatio, ut

Nō aliū mihi patrē optem,

Nullius malim esse filius.

xiii. Amplificatio est, cū uerbū atrocius subijcimus lo-

Latronem Improbo,

co proprij, ut cum dicimus

pro

Occisum Caso.

Scelus

Monstrum

Ad auxesim pertinent

Etc.

Pestis

Labes.

Suprelatio

Ocyor, euro,

xv. Hyperbole, ut

Vox astra ferit.

Celum digito attingere

xvi. Diminutio, cū eū q̄ pulsauit, dicimus attigisse. Inter

dum Vix osibus hærent

μεῖωσις sapit hyperbolen, ut

Breuior Pygmaeo.

Afyndeto

xvij. Compositio si=

Polysyndeto

D ij

plures sententia rudi

IN COPIAM

ta est in his ser-
me figuris.

Syzeugmeno
Epanalepsi
Synonymia.

Asyndeton, ut Veni, uidi, uici.

Polysyndeton, ut Tectumq; laremq;.

Syzeugmenon, quoties ad unum uerbum plures sen-
tentia respondent.

Fit autem trifariam: Cum

Preponitur.
Sequitur,
Interponitur.

Deflorescit forma uel morbo uel etate.

ut Vel morbo uel etate forma deflorescit.

Aut etate forma deflorescit aut morbo.

Quis e qu
per uerborum
repetitur ut
uirtus, sed uirtus
aut uirtum

Epanalepsis, Nihil ne te nocturnum presidium pa-
latij, nihil urbis uigiliae, nihil timor populi, nihil
concursum bonorum omnium, nihil hic munitissi-
mus habendi senatus locus, nihil horum ora uul-
tusq; mouerunt? Cicero in Catilinam.

Vicit timorem audacia,

Synonymia, ut Rationem superauit amentia,

Libido pudorem expugnauit.

Multum pudorem, multum pudoris;

Oratio xvij. Constructio, ut

Scriptit mihi, scripsit ad me.

dictio uos
boni dicitur
costruuntur

xix. Mutatio figurae, quoties alio atque alio affectu
pronuntiatur oratio.

ERASMI TABV.

Interrogationem
Ironiam
Admirationem
Dubitationem
Fit autem ferè per
Adiurationem
Abominationem
Exclamationem
Occupationem
Subiectionem,

Interrogatio: Nihil te est uanius, an quicquam te uanius?

Ironia: Non ista curat populus, id populus curat scilicet,

Admiratio: Magnum bonum porto, Dij boni, bonè quid porto?

Dubitatio: Tum deos cõtemnit tum homines. hàud scio, magis ne deos contemnat an homines.

Adiuratio: Nihil mihi carius fama, dispereã si quid mihi carius fama.

Abominatio: est uir impurus, ò hominem impurum. Hoccine seculũ, ò scelera, ò genera, ò sacrilega ò hominem impium,

Occupatio: Virgines complures stuprauit, Vt interrim de Vestali incestu polluta sileam.

Subiectio: An quod adolescens præstiti, cum etiam errare cũ excusatiõe possẽm, id nũc etate præ

IN COPIAM

*capitata commutem ac retexam? Non faciam. Cice-
ro epistolarum familiarium libro. XI.*

SENTENTIARVM COPIA
LIBER SECVNDVS.

SENTENTIARVM copia est, cum oratio amplia

Distributionem	I.
Enumerationem	II.
Hypotyposim	III.
Egressionem	IIII.
Epitheta	V.
Circumstantias	VI.
Amplificationem	VII.
Propositiones	VIII.
Probationes	IX.
Tractationem locorum cōmuniū uirtutum ficatur per ac uitiorum	X.
Locos communes	XI.
Exempla	XII.
Tractationem exemplorum	XIII.
Exempla fabulosa	XIIII.
Expolitionem	XV.
Apologos	XVI.
Somnia	XVII.
Fictas narrationes	XVIII.
Multiplicationem partium rhetorica- rum.	XIX.

ERASMI TAB.

I. Distributio est uel

Totius in partes

Totius
us in
partes

Totus monstrum est

Generis in species.

Pilosa genæ,
dentes putridi,
fœdi oculi,
supercilia,
frons, uultus de
nique totus bar
barus est.

Generis in species, ut

Luxuria cum omni eta
ti turpis, tum senectuti
turpissima est.

II. Enumeratio, cū enumerantur rei

Occasiones

Causæ

Consilia

Acta

Euentus

Præcedentia

Consequentia.

Rerum

Personarum

III. Hypotyposis cōsistit descriptione

Locorum

Temporum.

Hypoty=

Circumstantijs

Collationibus

D iij

IN COPIAM.

posis re=
rum con=
sistit in

Similitudinibus
Dissimilitudinibus
Imaginibus
Metaphoris
Allegorijs
Epithetis
Fabulis
Gentiũ formis & moribus
Fabulosis descriptionibus,

Horum exempla passim multa habes. In primo Liuij,
ubi Albæ excidium describitur. Apud Fabium libro viij
capite iij, de Energia,

Hypotyposis perso=
narum quæ depin=
guntur a

Genere
Natione
Patria
Sexu
Aetate
Educatione
Disciplina
Studijs
Habitū corporis
Fortuna
Animi conditione

Exempla sunt plurima, Apud Liuium libro primo De
cadis tertiæ depingitur Annibal. Et libro nono Deca=
dis quarte M, Portius Cato. apud Sallustium Catilina,
& pleriq; alij.

ERASMI TABV.

τοπογραφία
uerā
 Hypotyp. locorū est duplex
 si est

τοποθεσία
ficta.
 Vera, ut Apd' Maronē Carthagin. et portus descriptio
 Ficta, ut Apud Ouidium domus fame.

Hypotyposis tempo-
 rum cōprehendit de-
 scriptiones.

Veris. Hyemis, Autūni,
 Aestatis, Vindemiæ & c.
 itē Qualitates temporū,
 Pacis, Belli, Seditiōnum
 Turbationum & c.

IIII. Egressio adhiberi solet
 gratia.

Ornādi, preparādi
 Sumitur à su-
 perioribus
 locis

Expositione rerum gesta-
 rū, descriptione locorum
 & apolo. Locis communi-
 bus, cum dicimus in luxu-
 riam, auaritiā etc. & con-
 trā, cum laudamus uirtu-
 tes, continentiam & c.

V. Epitheta sumuntur ab omnibus fortunæ commodis:
 Animo, Corpore, Bonis exter-
 nis, Genere, Opibus, Forma,
 Viribus, Patria, Actu, Euentu.
Rerum

VI. Circumstantiæ sunt duplices, ut
 Personarum.

D v

IN · COPIAM

Rerum, ut Causa, Locus, Occasio, Instrumentum, Tempus, Modus &c.

Personarum, ut Natio, Patria, Sexus, Aetas, Educatio, Disciplina, Habitus corporis, Fortuna, Conditio, Animi natura, Studium, Anteaeta, Commotio, Consilium, Nomen.

VII. Amplificatio constat

Incremento
Comparatione
Ratiocinatione
Congerie
Correctione.

Incremento, ut Cicero in Verrem: Facinus est vinciri civem Romanum, scelus verberari, prope parricidium necari, quid dicam in crucem tollere?

Comparatione, quae fit fictione & exempli collatione.

Ratiocinatione, ut tu istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate, tantum vini exhauseras &c.

Congerie, Verborum scilicet & Sententiarum

Correctione, Cicero in Verrem: Non enim furem, sed ereptorem: non adulterum, sed expugnatorem pudicitiae in uestrum iudicium adduximus.

VIII. Propositiones sumuntur ex his, quae sunt

Vulgaria,

propria causa,

Exempla sunt longiora quam quae hic possint recenseri.

ERASMI TABV.

IX. Probationes quas Græci $\omega\acute{\iota}\varsigma\epsilon\varsigma$ appellāt, sunt partim, $\acute{\alpha}\tau\epsilon\chi\upsilon\omicron\iota$, quæ ducuntur à præiudicijs, Rumoribus, Tormentis, Tabulis, Iureiurādo, Testib. partim $\epsilon\upsilon\tau\epsilon\chi\upsilon\omicron\iota$, quæ cōprehendunt $\tau\epsilon\kappa\mu\acute{\eta}\gamma\iota\alpha$ $\sigma\eta\mu\epsilon\iota\alpha$.
Ab argumentis ducuntur, quæ sunt

Personæ sunt hæc: Genus, natio, patria &c.

duplicia:

Rei sunt, causa, locus, facultas, añcedētia &c.

X. Tractatione locorum cōmunium, uirtutum & uiti orum, quæles sunt Iusticia, Iniusticia: Pax, Bellum, Luxuria, Continentia, Auaritia, Diuitia Paupertas, Voluptas, Leges, Amicitia, Pietas.

XI. Locos communes, seu argumenta quæ ducuntur à Finitione. Etymologia, & ab his quæ ad naturam definitionis pertinent: Genere, Specie, Proprio.

Differentibus, Partitione, Diuisione Exordio, Summa, Incremento, Inductione similium & dissimiliū, Contrarijs, Repugnantibus, Consequentibus, Relatiuis, Causis, Euentis, Cōparatione quæ sumitur à Maiore, Minore, & Pari, Iugatis, Fictione, Cause proprijs. Exemplis quæ adhibentur aut ut similia, Dissimilia, Cōtraria: aut ut Maiora, Minora, Paria. Huc pertinent Fabula, Apologi, Prouerbia, Iudicia. Parabola, Collationes &c.

XII. Exempla, quorum uim quæ maximā maximeque uariam comparare & in promptu habere conuenit.

XIII. Tractatione exemplorū quæ augentur Cōmen-

IN COPIAM.

atione, quæ sumitur uel à rei uel ab autoris laude uel
gentis, unde ducitur exemplum. Exaggregationibus,
atque amplificationibus, Parabola. Comparatione ubi
demonstratur exemplū esse Maius. Minus, Par, (Huc
pertinent εἰκώνας Imagines, Inductiones, Iudicia, Pro
uerbia, Sententiæ, Neomata, Epiphonemata, Contem-
tio demonstratiua.) Collatione quæ fit per Simile, Dissi-
mile, Contrarium, Par, Maius, Minus,

XIIII. Exempla fabulosa, quæ eadem ratioe & fusius
& cōtractius exponi poterūt, si res ac decor patietur

XV. Expolitio fit cōmutatione uerborū, pronūtiati-
onis & tractationis, Copiosissima autem expoli-

	Propositione
	Ratione
	Duplici sententia
tio constat septem partibus :	Contrario
	Simili
	Exemplo
	Conclusionē,

XVI, Apologi, qui eodem modo dilatari aut uerbo tan-
tum significari poterunt,

XVII. Somnia, quibus utimur aut in ostētatione, ut est
Luciani somnium : aut pro ueris, aut hortandi deter-
rendiue gratia.

XVIII. Fictæ narrationes, quammaxime fieri potest
ad ueri similitudinem componantur oportet.

ERASMI TAB.

XIX. Multiplicatio partium
rhetoricarum, quae sunt:

Exordium
Narratio
Propositio
Confirmatio
Confutatio
Peroratio.

Exordium habet locos:

Fauorem
Attentionem
Docilitatem.

appetita narratio

Narratio crescit ἐπιδιδυγῆσι & egressione, quae
debet esse quasi finis Narrationis.

Propositio dilatatur, si pro simplici, duplici utemur:
si argumentis obiter interiectis, & affectibus
accensam proferemus.

Confirmatio constat probationibus quae cre-

scunt:

Labefactione
Preparatione
Assseueratione
Excursionibus per
Amplificationem.

Labefactatio fit duobus modis: Propositionibus
quae sunt singularum partium collectiones seu
conclusiones: Cum ita proponimus, ut ipsa orationis
figura fidem abrogemus aut conciliemus.

Tabularum in Copiam Erasmi finis.

GEORGI

VS MAIOR CANDIDO LE
CTORI SALVTEM.

EDIDIMVS ANTE ALIQVOT
menses, optime lector, Philippi Melanchtho=
nis de rhetorica institutiones, in figuram quan=
dam tanquam fasciculum constrictas, quo studiosa iu=
uentus, hæc prima rhetorices præcepta, non tam ex ip=
so autoris libello cognosceret, q̄ hac tabella semper ob
oculos uersante, atq; subinde conspecta prorsus imbibe
ret, ac uelut animo insculperet. Iam uero, cum omnis
oratio sit uarianda & distinguenda quasi quibusdam
uerborū sententiarūq; insignibus, uidebatur e re adule=
scentium futurum, si duos istos Erasmi Roterodami de
Copia cōmentarios, eadem ratione in tabulam quandā
contrāherem: quod multo facilius tum percipiantur, tū
memorie commendentur & inscribantur, quæ explica=
ta, & tanquā in aperto ac luce collocata, quā in
libris & uoluminibus sunt cōuoluta. Porro hæc tabel
la nihil aliud quā admonitoris uice erit, quæ scriben=
tem commonefaciet, quæ quoq; loco orationi facies si=
ue color sit tribuendus, ubi & qua ratione quid uarian
dū, quid breuius seu prolixius dici conueniat. Ceterū, si
quid hic desideratum fuerit, id ipse commentarius aliq;̄
autores præstabunt atq; resarcient. Postremo elegantio

rum literarum studiosos adolescentes obsecro, ut hunc
nostrum conatum boni consulant. Cæterorum calumni-
am nihil moror. Est enim nunc indoctum doctorū homi-
num genus, quos rectius hominum pestes quàm homines
dixeris, quibus liberalia studia bonæq; res omnes sordēt
istis satis grauis pœna est ipsa stulticia. Vale.

♁ IACOBVS

MICYLLVS CANDIDO

Lectori Salutem.

Vt si non uarijs pingantur floribus horti,
Gratia non illis non honor ullus adest:
Sic nisi sit uarijs oratio tincta figuris,
Illius & uirtus & decus omne perit.
Si quem igitur felix oblectat Copia, si quem
Pindareis tumidum passibus ire iuuat,
Sedulus has oculis uerset manibusq; tabellas:
Haud equidem hinc operæ præmia parua feret.
Nec quia sunt modicæ Lector contēnere pergas,
Mensuram uincunt utilitate suam.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

COLLAGORVS

MICHAEL CARDINO

IN SENATU

Main body of faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



Dr. 891, 8

(1)

f

ULB Halle 3
003 742 547


op. 10



Sb.

Op. 10 - 1000 - 1000 - 1000

no.







TABV

LAE, DE SCHEMA-
TIBVS ET TROPIS
Petri Mosellani.

IN RHETORICA PHI-
lippi Melanchthonis.

IN ERASMI ROTERO.
libellum de duplici copia.

Danico Ledouylo
NICO AVS FABER *Episcopus*
excudebat, AN. M. D. XXVIII.

Christoph. Lechner
Quint. Marul.
Quint. Marul.

1571